

HETZELO ET HESSO FRATRES.



**H**etzelo & Hesso germani fratres ex illustri familia de Tegernau prognati fuerunt. Erant hi omnis generis uirtutibus præditi, atq; melioribus literis à teneris annis optimè instituti. Itaq; ut suis opibus literarum studia & pietatis opera adiuuarent, S. Georgij monasterium in Hercinia sylua iam Barbarorum incursione uastatū & collapsum, restaurare, atq; honestis redditibus exornare statu erūt. Id quod etiam anno millesimo octuagesimo tertio magna pietate præstiterunt. Ibi Heinricum virum doctissimum præfecerunt, atq; se fratres Laici facti magna humilitate ei subiecerūt. qui etiam per triginta tres annos optimè omnia adminisi- strans ibidem perseuerauit. In eo loco uiiri doctissimi conuenerunt, atque legendō, scribendō, & disputando huic monasterio magnum nomen comparauerunt.